



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Wvnibaldvs. Furnis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

## WVLFRAMNVS ABBAS

*Gandavi in monte Blandino.*

20. Mar. **W**VLFRAMNVS relicto Episcopatu Senonensi annis quinque apud Frisios, eorumque Regem Radbodum, in prædicanda Christi doctrina strenuè laboravit. Quod opus Euangelicum postea SS. Wilibrodus & Bonifacius cum sodalibus suis foeliciter sunt profecuti. Obiit S. Antistes in Fontanella anno 720. inde postea cum S. Wandregifilo Gandauum ad Blandiniense Monasterium translatus. Vitam eius à Surio publicatam scripsit Ionas Abbas, qui eodem tempore vixit. Plura vide apud Molanum in natalibus.

## WVNIBALDVS.

*Furnis.*

18. Dec. **P**resbyter laudatissimus, filius fuit sancti Richardi Anglorum Regis Lucae in Italia sepulti. Fratrem habuit sanctum Willibaldum & sanctam Walburgem Virginem. De eo sic Ludgerus primus Episcopus Monasteriensis in vitæ sancti Gregorij, Antistitis Ultraiectini: Willibaldi germanus nomine Winibaldus, Presbyter magistro meo Gregorio valde carus fuit, qui post obitum suum, quid viuens fecerit magnis miraculis ostendit.

WIN